



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Denkwürdige Beiträge für Geschichte und Rechtsalterthümer

Wigand, Paul

Leipzig, 1858

II. Corveysche Urkunden.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30944

II.

x Corvey'sche Urkunden.

Das älteste Copialbuch des Stiftes Corvey von 800 Folioseiten wurde zu Ende des 15ten Jahrhunderts angefertigt; und während im dreißigjährigen Kriege Archiv und Bibliothek zerstört und verbrannt wurden, und nur Trümmer übrig blieben, waren die ältesten und wichtigsten, namentlich die Kaiser-Urkunden, dadurch erhalten worden, daß man sie, bei drohender Gefahr, in eine Kiste verpackt, in das Pantaleons-Kloster zu Coeln geflüchtet und daselbst deponirt hatte.

Die große Mehrzahl der in jenem Copialbuch enthaltenen Urkunden ist daher nicht mehr in den Originalen vorhanden. Außer den Urkunden enthält aber dasselbe auch eine Reihe von Güter- und Lehns-Registern aus dem 14. und 15. Jahrhundert. — Unter den Urkunden sind 20 aus dem 9ten Jahrhundert, die auch noch im Original existiren. Eine Auslese, besonders wenn die Siegel wohl erhalten waren, hat jedoch früher der Geheimerath Tzschoppe, als Vorstand des Archivwesens, von dem er wenig verstand, aus einer ganz besonderen Laune, aller Protestationen ungeachtet, nach Berlin befördert, und diese Auslese auf alle Provinzial-Archive ausgedehnt, die somit ihrer kostbarsten Denkmähler entledigt wurden.

Das Copialbuch enthält ferner 7 Urkunden aus dem zehnten, 10 aus dem eilften, 33 aus dem zwölften, 63 aus dem dreizehnten, 182 aus dem vierzehnten, und 116 aus dem fünfzehnten Jahrhundert. — Die ältesten und wichtigsten sind zwar gedruckt; doch bleibt immer noch ein großer Theil übrig, der für die Specialgeschichte eine bedeutende Ausbeute bietet. Die in Schaten's Paderb. Annalen abgedruckten alten Kaiserurkunden sind aber so äußerst fehlerhaft, daß sie der genauesten Revision und Emendation bedürfen.

Ein unserm Copialbuch beigefügtes Titelblatt lautet: Sequitur Informatio de libris et tractatibus pervetustis aut alias notabilioribus Ecclesiam Corbeensem concernentibus; item de Copionalibus et illorum

contentis; demum de aliis, quae pro conservatione et reparatione furium et possessionum Corbeiensium deserviunt. — Es ist zu bedauern, daß diese Abhandlung nicht mehr vorhanden ist, indem sie vielleicht manche Belehrung über die Reliquien der Corveyschen Schriftalterthümer, so wie über Aechtheit oder Unächtheit der von Paullini und Falke publicirten Handschriften, auch näheren Aufschluß über die Controverse wegen des unächten Chronicon Corbeiense gegeben hätte.

Indem ich wünsche, daß jene Urkunden = Sammlung künftig einer gründlichen Forschung möge unterzogen werden, theile ich hier einige der älteren Diplome, die meines Wissens noch nicht gedruckt sind, mit.

1. Der Bischof Bernard von Paderborn verleiht dem Stift Corvey den Rottzehnten zu Bielenberg und Frithibugil bei Hörter, bestätigt auch die früheren Verleihungen seiner Vorgänger, 1133.

Notum esse volumus tam praesentis quam futuri aevi fidelibus, quod Ego Bernardus, gratia Dei ecclesiae Paderburnensis Episcopus, rogatu venerabilis Volekmari Corbeiensis Abbatis et fratrum ejus, tradidi ipsis in utilitatem specialiter fratrum, decimas de novalibus, quae fuerunt supra villam Huxari in Bilenberg et Frithibugill, in omnibus quae vel modo exstirpata sunt, vel post haec exstirpari poterunt, pro remedio animae meae caeterorumque Episcoporum Paderbornensis ecclesiae. Traditiones etiam antiquas, et consensum praedecessorum meorum confirmo in caeteris decimis omnibus, quas in Paderbornensi Episcopatu possidere noscuntur. Ne quis futurorum terminos antiquos, quos statuerunt patres nostri, transgredi moliat, et ut hanc traditionem nostram et confirmationem nemo convellat, sed in aeternum eis rata permaneat, has literas ipsis conscribi fecimus, quas etiam, in testimonium, impressione sigilli nostri roborari praecepimus. Actum dominicae incarnationis MCXXXIII; indictione . . . Imperante Lothario; praesidente Corbeis Abbate Volemaro.

Der Bilenberg, eine mäßige Höhe dicht vor Hörter, die meist aus urbarem Land besteht, hat noch diese Benennung. Der Name Frithibugil ist erloschen. Die Stadt Hörter heißt noch villa Huxari, wiewohl sie schon zu Anfang des Jahrhunderts Stadtrecht erlangt hatte. Vgl.

Corveysche Geschichte, I. S. 241. — Das Zehntrecht der Kirche war schon durch unzählige Verleihungen versplittert worden. Der Bischof von Paderborn besaß nach dieser Urkunde noch das Zehntrecht innerhalb der Grenzen des eximirten Stiftes; dieses hatte aber auch schon Zehnten im Bereich des Bisthums erworben.

2. Eine Hörige mit ihren Töchtern wird dem Krankenhaus überwiesen; dieselben müssen jährlich einen Wachszius, und beim Ableben das Besthaupt entrichten, 1195.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Widikindus, Dei gratia Corbeiensis Abbas. Noverit tam praesentium quam futurorum solertia, quod frater Adelbertus, domus infirmorum provisor, pie devotionis affectu, sorores ipsius Haeckam et Gertrudem convenit, quod cum omnium haeredum suorum conniventia, foeminam quandam proprietatis suae, nomine Adikam, cum filiabus suis Reinmoht, Hiliana, Regenwisa, Merregarde, Atelheide, in praesentia nostra, super altare B. Aegidii, quod est in capella infirmorum, obtulerunt, eo videlicet pacto, ut eadem Adika, et universa posteritas ipsius, sive vir, sive mulier, cum propriae rei curam habuerint, duos denarios, vel tantundem cerae, super altare S. Aegidii singulis annis in festo B. Georgii persolvant, et dum aliquis ex ipsis vita decesserit, optimum caput, vel optima vestis ad altare B. Aegidii deferatur. Et ut haec donatio firma et inconvulsa permaneat, praesentem paginam conscribi, et testibus subter annotatis sigillo nostro communiri praecepimus. Testes autem qui praesentes fuerunt, hi sunt: Fridericus Prior, Conradus, major praepositus, Reinerus, camerarius, Joannes, capellanus, Luidolfus dapifer, Arnoldus pincerna, Wastmodus marscalcus, Helmwigus et Reinerus de Porta, Carolus de Nienkerken, Gerbertus de Lüttmarsen, Heinricus frater ejus, Adelbertus Rimpo, Joannes de Beringhusen, et alii quam plures. Acta sunt haec anno incarnationis Dom. MCXCV, indict. XIII, anno praelationis nostrae VI. etc.

Es scheinen jene Hörigen Wachsziusige gewesen zu sein, welche eine kleine Abgabe als Recognition, auch das Mortuarium zahlen mußten, und zwar zum Hospital, dessen Capelle dem heil. Aegidius gewidmet war

Wir finden später im Brückenfelde der Stadt Hörter gegenüber eine
 X Megidienkirche, die mit Grundbesitz dotirt war. Vielleicht hatte man das
 Hospital aus den Ringmauern des Klosters entfernt, wie dies auch
 überall, wegen ansteckender Krankheiten, die Städte thaten. Vgl. mein
 Werk: der Corveysche Güterbesitz, S. 175.

X 3. Verleihung des Amtes und Gerichts in dem Corveyschen Hof Lot-
 ten. (1189—1205.)

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Widikindus, Dei
 gratia Corbeiensis Abbas. Sciant praesentes et posteri, quod curiae
 nostrae in Lotten officium, quod vulgo Ambet dicitur, Bernardo
 militi de Borsn,*) et duobus suis fratribus, Wiboldo et Everhardo,
 commisimus, ita quod XXVIII marcas, quas nobis dederat Elvericus,
 restituant ei, cum ipse voluerit, vel alio modo nos ab ipso absolvant.
 Commisimus etiam praedictis fratribus idem officium ita, quod judi-
 cium ejusdem curiae, quod vulgo Gerichte dicitur, quod a quibus-
 dum injuste fuit impeditum, expediant et retineant, et si qua bona
 ipsi curiae sint ablata vel auferri contigerit, studiose requirant et fide-
 liter conservent. Et nos solummodo ad unum de his tribus fratribus,
 quem ad hoc decreverimus, de eisdem curiae redditibus habebimus re-
 spectum, qui, si in eis persolvendis, vel aliis modis, indebite nobis
 rebellis et importunus fuerit, et super hoc sua contra eum prolata
 fuerit sententia, ab injuncta praefati officii administratione quiescat,
 et alter fratrum, quem ad hoc elegerimus, in illo succedat officio, to-
 tum emendaturus, in quo praedecessor frater ejus deliquit, et ob hoc
 justam contra se pertulit sententiam, et simile sit judicium de fratre
 tertio. Praeterea quando petitionem ad homines praedictae curiae
 nostrae facere decreverimus, iidem fratres eam permovere, et se ei
 nullatenus debent opponere; et in aedificiis nostri Landecke castri,
 cum opus fuerit, saepedictae curiae homines, sicut alii homines nostri
 fideliter assistent. — Ut autem hoc factum nostrum nulla deleat in po-
 sterum oblivio, praesentem paginam sigilli nostri munimine roboravimus.
 Astiterunt autem praesentes: Fridericus de Perremunt, Raveno de
 X Otterberge, Bertramus de Hechen, Everardus de Wilsoten, Hei-
 denricus de Widinchusen, Conradus de Amelungessen et

*) Der Name scheint fehlerhaft abgeschrieben zu sein.

filius ejus, Hereboldus de Rimbeke, Carolus de Nigenkerken et filius ejus Hermannus, Carolus de Erklen etc.

X Das Amt umfaßte, wie wir hier sehen, die Aufsicht und Verwaltung des Gutes, Sorge für die Einkünfte des Stiftes und Handhabung der Justiz. Die Vortheile des Beamten sind nicht ausgedrückt; wahrscheinlich hatte er den Haupthof, den die hörigen Colonen bauen mußten. — Auch Beden (petitiones) wurden noch mit Hülfe des Beamten erhoben, und die Hofhörigen mußten dem Stift auch öffentliche Dienste leisten, hier namentlich zum Bau einer festen Burg.

4. Eine milde Stiftung für das Hospital zu Corvey. (1189—1205.)

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Widekindus, Dei gratia Corbeiensis ecclesiae Abbas. Notum sit universis ecclesiae nostrae fidelibus, tam praesentibus quam posteris, qualiter Conradus et uxor ejus Hiliana, conventi a quodam fratre hic converso, Herebordo nomine, jugera quae habuerunt in campo, qui dicitur Liuri, numero XV, sub conditione pecuniae, una cum filiis resignaverunt ad manus praedecessoris nostri Domini Conradi Abbatis. Et super altare S. Stephani Prothomartyris, quos idem frater in jus hospitalis contradidit, ut quidquid inde fructus pervenerit, in usus cedat pauperum, tam pro suae quam illorum animae remedio. Decurso vero tempore, cum jam mater defuncta esset cum duobus filiis, et increvissent alii, qui huic resignationi non interfuerant, praedictus Conradus, ab eodem fratre inductus, eadem jugera una cum filiis denuo ad manus nostras resignavit. Nos autem hanc eandem actionem ratam et inconvulsam cupientes permanere, petente etiam fratre nostro Friderico Provisore hospitum, hanc in munimentum sibi paginam conscriptam, sigillo nostro impressam, testibus annotatis roboravimus. Testes: Reinerus Prior, Conradus Praepositus, Fridericus Hospitalarius, et totus conventus. Ministeriales: Luidolfus, Dapifer; item Luidolfus dapifer, Helmwicus Arnoldus et Reinerus de Porta, Reimarus et Hilpradus de Keminada, Arnoldus Boydowin et filius ejus, Widilo et ejus frater Heinricus de Luitmarsen, Tidericus de Helenen. — Duos

mansos in Levingessen, qui persolvunt marcā unam, unde comparabuntur carnes ad sustentandos debiles et infirmos infra hospitale et foris. Tres mansos in indagine S. Viti, solventes marcā I, unde comparabuntur casei partim et butyrum partim ad sustentationem infirmorum. Item redditus in campo qui dicitur Liure, qui solvunt dimidiā marcā, unde comparabitur pannus linteus grossus, ad vestiendos pauperes foris et intus. Haec omnia procuret Provisor hospitalis, ut inde a Deo retributionem exspectet. Bona ista augmentare poterit, si opportunum esse viderit.

X Die Verpflegung der Armen und Kranken, so wie hilfloser Wanderer, gehörte zu den Pflichten der Klöster, denen sie theilweise so viele Güter und Einkünfte zu verdanken hatten. Die Armen- und Krankenpflege war auch durch besondere Anstalten geordnet und gesichert; später aber, beim Verfall des Klosterlebens, war es nur noch wüste Bettelei, ein unregelmäßiges Almosengeben, das müßiges Gesindel herbeilockte, und mehr Schaden wie Vortheil brachte.

5. Schiedsrichterliche Entscheidung eines Streites über den Zehnten in der Corveyschen Villa zu Lixig. 1212.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Conradus, Dei gratia major Decanus et Archidiaconus, Herimannus, Decanus G. Cuniberti et Olmerus, majoris ecclesiae Scolasticus, Colonienses, omnibus Christi fidelibus. Cum inter Aquensem et Corbeensem ecclesias super quibusdam decimis curtis Liciaci, quae est in parrochia . . . bona, pertinentibus ad Corbeensem ecclesiam, diu disceptatum fuisset, tandem propter bonum pacis, post multos labores et graves expensas hinc inde factas, Dominus Heidenricus de Tonobort ecclesiae Aquensis, et Dominus Harltug, Praepositus, tunc Liciaci Corbeiensis ecclesiae procuratores, super hoc speciale mandatum habentes, sub poena perjurii, et solutione centum marcarum ab illa parte, quae contra dictum nostrum veniret, ei solvendarum, quae pareret, in Nos compromiserunt, quod super omni controversia, tam proprietatis quam possessionis, nec non et expensarum, super omnia nostro starent arbitrio: Nos autem

non tantum de unanimi consensu ipsorum procuratorum, verum etiam de autoritate et mandato praepositi majoris scolastici et magistri Joannis Canonici, Paderburnensium, qui super hoc negotio a Domino Papa fuerant iudices delegati, onere arbitrii in nos suscepti, visis privilegiis, instrumentis et aliis, quae pro utraque parte faciebant, diligenter inspectis, et meritis causae, in quantum poteramus, ad plenum discussis, diutena etiam praehabita deliberatione, de prudentum consilio pronuntiamus, quod Monasterium Corbeiense in perpetuum singulis annis solveret Aquensi ecclesiae quatuor amas vini de vineis curtis praelibatae; hanc autem solutionem faciet in autumno, cum mustum est in torcularium vasis; nec de optimo vino dabitur, nec de viliori, sed de medio. De expensis vero, vel quibuscumque petendis tam Aquensi quam Corbeiensi ecclesiae perpetuum silentium indiximus, finem liti ordine debito imponentes. Acta sunt haec dom. incarn. MCCXII. Praesentibus: Bertoldo dicto decano de Huxaria, canonico majoris ecclesiae, dom. Heinricho vicario, et magistro Wilhelmo, canonico S. Andreae, Coloniensibus, et magistro Elia, canonico Aquensi, et magistro Sintramino, canonico novae ecclesiae, et Canone similiter canonico novae ecclesiae.

Die Villa Lizzicha im Gau Mosalgawi (Lützich im Trierischen) war dem Stift Corvey durch das kaiserliche Diplom vom J. 873 verliehen worden. Vgl. Corv. Gesch. I. S. 95. Schaten, Ann. Pad. ad a. 873. — Die Geschichte dieser Bestzung in der Zwischenzeit bis zum J. 1212 liegt im Dunkeln. Wir wissen nur, daß Corvey da ein Kloster errichtet hatte, dessen Propst der Abt zu Corvey ernannte.

6. Heinrich von Broclon, der zu einem Kreuzzug entschlossen ist, trifft Verfügungen über seine Güter und Einkünfte; circa 1228.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Heremannus, Dei gratia Corbeiensis Abbas, omnibus hanc paginam inspecturis notum esse cupimus, quod, dum Ministerialis noster, Heinrichus de Broclon, votum suum S. Cruci persolvere laudabiliter decrevisset, Advocatiam in

Nuclo, quam a nobis in pheodo tenuit, liberam nobis et absolutam, haeredibus suis consentientibus, resignavit; ex nostra praeterea promissione et haeredum suorum assensu, totius haereditatis suae custodiam propinquis et familiaribus suis, quos ipse ad hoc duxit statuendos, deputavit; sub tali videlicet pacto, ut si medio tempore contingat, eum in eodem itinere viam universae carnis ingredi, proventus primi anni ad animae suae remedium, et ad debitorum suorum cedent per solutionem. Secundi vero anni fructus septem ecclesiis, quas ipse suis familiaribus demonstraverit, conferantur. Porro, quoscunque in tertio anno colligere potuerint fructus, ad subsidium terrae sanctae integraliter resignavit. De residuis vero tribus annis, quia tamen ad terminum sex annorum rerum erunt custodes, in quoscunque usus ipse deputaverit proventus, sui familiares assignabunt. Ordinavit praeterea pro animae suae consolatione, ut de curia sua Hattepe novem solidi a suis haeredibus solvantur annuatim, de quibus sex super altare S. Viti Mart. in Corbeia, si non repatraverit, dabuntur. Si autem redierit, quamdiu vixerit, fertonem ibidem persolvat, et eo mortuo iterum dimidia marca persolvatur annuatim. De aliis tribus solidis duo ad Ecclesiam beati Petri in Montemartis conferentur, unus videlicet fratribus, qui in eodem loco Deo serviunt, sex denarii ad luminaria et sex ad ecclesiae ejusdem structuram. Porro nonum solidum contulit ecclesiae b. Laurentii in Nuclo, sex praeterea denarios sacerdoti, et VI ad lumen ejusdem capellae. Hi vero praedicti novem solidi de praefata curia, videl. Hattepe, tamdiu dabuntur, donec ipsius haeredes bonum aliud, quod statutum censum, novem videlicet solidos, persolvere possit, conquirant, cujus locatio ad ecclesiam spectabit Corbeiensem. Tenebatur nihilominus idem Henricus ab antiquo persolvere annuatim de domo una, quae sita est prope cimiterium in Nuclo, in eandem ecclesiam B. Laurentii in vigilia ipsius duo talenta cerae, duos denarios sacerdoti ad panem emendum, unum Ecclesiastico avenae quadrantem, et hoc sui haeredes dare tenebuntur. — Ut autem haec in oblivionem non veniant, aut aliqua malignantis ingenii posteritas infringat, sigilli nostri fecimus appensione communiri. Testes hujus rei sunt:

× Hugo Prior Corbeiensis, Esquinus, Praepositus, Conradus de Homboke, Conradus de Ittere, Rabanus de Ottberg, Rabanus de Papinheim, Hereboldus de Amelungessen, Stephanus Pincerna, Gerardus Hadeke, Alradus de Horehusen, Olricus de Westen, Burchardus de Wicbeleche, Andreas et Conradus, fratres de Dorslo, Giso de Ense, Bernardus de Dalwich, Herman-

nus Gogravius, et Consules Montismartis, et alii quam plures.

X Abt Hermann war ein Graf von Dassel und regierte von 1223 bis 1257. Wenn die ritterlichen Abenteuerer sich zum Kreuzzug rüsteten, um für die Kirche zu kämpfen, zog diese den irdischen Nutzen aus den hinterbliebenen Gütern, wobei sie auch gewöhnlich mit Vorschüssen zu den Kosten des Zugs ausshelfen mußte. An frommen Gaben und Stiftungen fehlte es dann nicht.

Es war im J. 1223, als sich Kaiser Friedrich II. zu einem Kreuzzug rüstete, den er erst 1228 ausführte. Wir sehen aus jener Urkunde, daß ihn auch ein Corveyscher Vasall begleitete.

X 7. Tymmo, Abt zu Corvey, und der Propst zu Paderborn, als Vormund der Kirche, verleihen, nach dem Verzicht der Grafen von Pyrmont, die Advocatie über Hörter den Herzogen von Braunschweig zu Lehn, mit Vorbehalt aller Rechte, die Corvey an der Stadt hat, nebst andern Vogteien und Lehngütern; 1265.

Tymmo, Dei gratia Abbas Corbeiensis, et Henricus eadem gratia Paderbornensis Praepositus, tutor ecclesiae antedictae, universis Christi fidelibus, tam praesentibus quam futuris, hanc paginam inspecturis, salutem in Domino Jesu Christo Dei filio. Recognoscimus et tenore praesentium protestamur, quod ad liberam resignationem Comitis Hermanni de Peremunt, suaeque conjugis, ac recti fratris sui, Comitis Godscaldi, bonae memoriae, nec non puerorum utriusque ac haeredum, illustribus Principibus, Dominis Ducibus Alberto et Joanni de Brunswick, Advocatiam Huxariensis civitatis infra muros porreximus, eo jure, quo praefati Comites de Peremunt ab ecclesia nostra tenuerunt in feudo multis annis, salvo tamen eo, quod Nobis nostrisque successoribus Abbatibus, Praepositis et ecclesiae nostrae permaneant salva et integra jura nostra, quae sunt haec secundum consuetudinem hactenus observatam: Cives Huxarienses ad expeditiones nostras, cum indigerimus, tenebuntur; potest et Abbas pro tempore facere petitiones pro subsidio faciendo. Praeposito vero super vino, pane et cerevisia tale jus servabitur, sicut mul-

tis temporibus est servatum. Nullus etiam Minister, vel de Abbatis familia aut conventus in civitate Huxariensi obligabitur, nisi prius coram Abbate de eo quaerimonia deposita fuerit, sicut decet. Insuper advocatiam in Bodenfelde et Hameln, quam Hermannus et Ernestus, milites de Ussler, a nobis et a nostra ecclesia tenuerunt in feudo, porreximus Ducibus memoratis, simul cum feudo, quod Bodo, Domini Bartoldi filius, de Homborg a nobis tenere debebat, et nunquam curabat recipere; et si etiam recepisset, propter multiplices suos excessus, quos adversus nostram ecclesiam perpetravit, ipsum suum feudum culpis suis dignoscitur merito perdidisse. Domini duces etiam jam praefatum feudum Domino Henrico de Homburg nobis astantibus porrexerunt, promittentes in manus nostras, quod nunquam deinceps praefatum feudum dicto Bodoni restituent vel relinquunt. Praeter ista Domini Duces saepius nominati Nos et Ecclesiam nostram tueri debent contra quemlibet et in suis viribus conservare. Caeterum cum privilegia nostra imperialia perspexerimus cum rescriptis eorundem privilegiorum, ad dictos Dom. Duces nostrae nuncios ecclesiae remitemus, secundum quae rescripta super feudis eorum possit nova forma concipi literarum. De supra abundante gratia autem adjicimus: Si Huxarienses Rebelles extiterint, et in quibus tenentur, non velint Dom. Ducibus obedire, quod ipsis de omnibus castris ecclesiae ac munitionibus contra Huxarienses pro viribus astabimus, et muniale auxilium praestabimus; bona fide in praemissorum siquidem omnium firmissimum argumentum, et ad omnem dubietatis scrupulum de cordibus tam futurorum quam praesentium penitus amovendum, praesentem paginam super his conscriptam, sigillorum nostrorum appensione exquisita, de maturo fidelium nostrorum consilio et ipsorum consensu accedente, pariter et conventus assensu, duximus roborandam. — Hujus rei testes sunt et praesentes aderant: Venerabilis Pater Dom. Theodericus Viconensis Episcopus, Henricus Prior Corbeiensis, Fridericus Praepositus, Borchardus Cellerarius, Henricus Custos, Requinus Magister caritatum, Bartoldus capellanus Dom. Abbatis, Henricus, Decanus novae ecclesiae, Cantor, Plebanus Corbeiensis, Comes Henricus de Sterneberg, Comes Indolphus de Hallermundt, Letardus de Meinerssen, Henricus de Homborg, Gebhardus de Bortfeld, Fredericus de Nemdorf, Baldwinus de Grenichen, Henricus de Vörestede et alii quam plures. Datum et actum Hannoverae, A. D. 1265, in vigilia ascensionis Dom. ejusdem anni.

Ich finde diese denkwürdige Urkunde nur gedruckt in einer der Streitschriften, welche in den Jahren 1670 u. 71 zwischen Corvey und Braunschweig wegen des Hörterschen Aufstandes gewechselt und mit einer Masse von Urkunden ausgestattet wurden. Da diese Schriften selten sind, so theile ich die Urkunde hier mit. Vgl. Corveysche Geschichte I. S. 316; II. S. 56.

8. Verleihung der dem Abt von Corvey in der Stadt Goslar zugehörigen beiden Häuser, sammt Hof, und Bestimmung der davon zu leistenden Abgabe; 1295.

Nos Consules et universitas Goslerae civitatis, tenore praesentium protestando recognoscimus, quod a venerabili domino Henrico, Corbeiensi Abbate, et a conventu suo, domos suas, majorem et minorem, ac curiam adjacentem, attinentes Abbatiae suae, cum consilio et consensu ejusdem conventus, ad tempora trium personarum, videlicet ^xElisaei Monetarii et suae uxoris Jutten, atque Elisaei filii eorundem, ratione locationis recepimus, possidendas sub hac forma, quod Nos, quam diu hae tres personae vivunt, quinque fertones examinati argenti, in festo Paschae ipsi Domino, vel alio Corbeiensi Abbati, qui pro tempore fuerit, persolverimus expedite.

Sed de censu, scilicet annuatim quinque fertones, a festo paschae nunc futuro, praedicto domino persolvendo, ad duos annos continuos finaliter est expeditus. Mortuis vero his tribus personis, dictae domus et curia ad usus suos et ecclesiam suam qualibet occasione postposita revertentur liberae et solutae, et tam pro suo quam pro nostro commodo, ipsa aedificia emendabimus nostris laboribus et expensis. — Praeterea quaecumque Goslariam in persona propria praefatum dom. Abbatem aut suos successores venire contigerit, domos ipsas et curiam ad usus suos et ad commodum eorundem, si necesse habuerit, infra quod tempus eosdem nobiscum esse contigerit, prorsus vacantes habebunt et patentes. In cujus rei testimonium praesens scriptum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Datum et actum A. dom. MCC nonagesimo quinto in die S. Laurentii Martyris.

^x Also auch zu Goslar hatte das Stift Corvey Besitzungen, und zwar zwei Häuser und einen Hof, zu deren Erhaltung man des Bei-

standes und der Theilnahme der Stadt bedurfte. Woher sie rührten, und wie sie verloren giengen, verschweigt die Geschichte. Freilich waren solche entfernte Besitzungen auf die Dauer schwer zu erhalten, und der reiche auswärtige Güterbesitz gieng in den stürmischen Jahrhunderten meist verloren, insofern er nicht durch das Lehnverhältniß in einiger

x Abhängigkeit blieb. Der Corveysche Lehnshof war aber immer einer der bedeutendsten.

- x 9. Herzog Johann von Braunschweig giebt einen Sühnebrief, und gelobt Einlager, wegen des Streits, wo er von Vasallen des Abtes war gefangen genommen worden; 1342.

Wy Hertoge Jan van Brunswig, bekennet in dissem openen breve alle den de on hören, sehen, dat we umme de schulde, dat wy gevangen worden, und beholden und bestattet van Hern Arnolde van Portenhagen, und Hern Henrike Speigele und oren fründen, da dar mede waren, dat wy der schulde vortigen und vortegen heb- bet, und doent dar ene rechte vorticht; und en schullet den Abbet van Corbeye, noch syn stichte nummermehr bedegedingen noch schuldigen, noch uppe se fordern mit worden oder mit werken, noch uppe ore fründt. Dede dat jemand use fründt, dat schulle wy afdoen; en vermochte we dess nicht, dar schule we dage umme holden, und erwehren dat an de heyligen, dat edt an use heten, und an use an- wiesen sy, und teydt darinne, benahmen de stadt to Mersberg. Dyt heb we an de heyligen geschworen, undt lovet edt en truwen in dis- seme breve, dar use Ingesegel anhanget, to einem ohrkunde, ganz und stede to holdende ahne argelist. Disse bref iss gegeben na godes bohrt 1342, in sente Peters dage.

- x Wahrscheinlich waren die immervährenden nachbarlichen Streitig- keiten zwischen Corvey und Braunschweig die Veranlassung, daß in jener gewaltthätigen Zeit ein Häuflein Ritter, nach damaliger Sitte, Gelegenheit gesucht hatte, den Herzog gefangen zu nehmen, auf eine feste Burg zu bringen, und sie zu einem gütlichen Abkommen zu nöthigen, wobei denn auch eidlich gelobt wurde, sich nicht zu rächen, zugleich die Freunde und Anhänger von jedem feindseligen Angriff abzuhalten, oder sich in irgend einer gewählten Stadt in freiwillige Gefangenschaft zu stützen.

10. Bestimmung, wie es mit den von den Mönchen zu Corvey in der Noth contrahirten Schulden nach ihrem Tode soll gehalten werden.
1352.

Nos Theodoricus, Dei gratia Ecclesiae Corbeiensis Abbas, ordinis S. Benedicti, Paderbornensis dioecesis, omnibus praesentibus futurisque votivae orationis holocaustum. Cum ecclesia nostra in medio nationis perversae sit posita, ita quod hinc inde et altrinsecus nihil resonat, nisi bella fremunt, tam civilia quam externa; et propter hoc possessiones, de quibus fratres nostri consueverunt sustentari, direptae sunt et exhaustae, ita quod praebenda eorum non sufficit pro victu et amictu, unde contingit saepe et saepius, quod dolemus, quod apud creditores mutuo contrahunt sub foenore, quandoque et aliquoties sub alio titulo improbo et contractu, ita re vera etiam, quod aliquando, eis decedentibus, creditores sui in solutionibus decipiuntur. Denique licet monachus propter vitium proprietatis contrahere non possit, maxime tamen, cum non possit possidere, et tum nos, in spectaculo positi, perpendamus anceps periculum, utrobique dispensamus cum eisdem in hoc, quod mutuo contrahunt moderate, necessitate perurgente, ita sane, quod dominium mutui maneat apud nos, usus et dispositio subsistat apud ipsos, et quod in usus licitos expendatur, sicut est per expressum; indulgentes eis insuper ac hoc, quod proventus primi anni, postquam defunguntur, praelaturae cui praest, si est praelatus, et obventiones praebendae, si est privatus, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis, pro solutione debitorum suorum cedant integraliter et in toto. Addicitur etiam, si non teneretur defunctus, quod proventus praelaturae, si foret praelatus, ad structuram officinae suae, et obventiones praebendae privati ad fabricam communitatis cedent, contradictione cujuscunque non obstante. Acta sunt haec capitulari tractatu, praemisso consensu omnique confratrum nostrorum requisito et obtento solemnitatibus debitis et adjunctis. Et tradita est ista gratia a Nobis communita et decreta, ac perpetuis temporibus duratura, ita summopere, quod pro statu nostro et nostrae ecclesiae, ac pro progenitoribus affinibus et familiaribus nostris, orare delectet praesentialiter et in futuro. In cujus rei evidentiam sigillum nostrum majus una cum sigillo nostri conventus praesentibus sunt appensa. — Et nos Prior, Praepositus, totumque Capitulum Corbeinse praedictum praesentibus profiteamur, Nos capitulariter interfuisse, et huic uniformiter subscripsisse, et sigillum nostrum majus ad evidentiam apposuisse. — Datum A. D. M. CCC LII, crastino die Marci Evangelistae.

XI Wir wissen, daß es im 15. Jahrh. in der einst so reich begüterten Benedictiner-Abtei Corvey oft an den dringendsten Bedürfnissen fehlte, und die verwilderten Mönche wie Bettler im Lande umherirrten. Diese Urkunde zeigt uns nun auch, daß schon in den anarchischen und fehde-süchtigen Zeiten des 14. Jahrh. das Kloster tief gesunken war, daß es oft an den dringendsten Lebensbedürfnissen Mangel litt, und die Mönche genöthigt waren, theils an Mildthätige, theils an Wucherer sich, wegen eines Vorschusses auf ihre Präbende, zu wenden. Man sah sich genöthigt, zum Besten der armen Mönche sowohl, als zum Schutz der Gläubiger, außerordentliche Maßregeln zu treffen, und eine Ausnahme von den Regeln des Ordens zu gestatten.